

proinde est: ut ut vobis extremè displiceat infesteturque Messias, sciatis tamen, ipsummet non propriò ad id honoris culmen consiliò contendisse, neque sibi hanc dignitatem sumfisse, (Ebr. V, 4. 5.) aut humanis etiã consiliis vel fiderum influxu, aut casu adeò emerfisse, (Joh. VI, 15. XVIII, 36.) verùm ego ipse, Creaturarum omnium Dominus supremus, decretò divinò ita constitui, ut irritum sit planeque nefas, reluctari hic velle. Pertinet huc illud angeli Luc. I, 23. *Dominus dabit illi thronum David Patris sui*: & Pſal. XLV, 5. *unxit te Deus tuus*. confer Joh. III, 34. Jes. LXI, 1. item Feurbor. *fascic. 3. p. 265.*

כִּי מֶלֶךְ *regem meum*:) eum ipsum scil. Messiam meum, cujus facta mentio *vers. 2.* Suum autem dicit Pater tum ob regni singularitatem, quod à mundanis planè erat sejunctum, divinoque gubernandum modò, *Job. XVIII, 36.* tum ob collationis autorem, qui immediate erat Deus, non respublica vel exercitus eligens &c. q. d. regnat meò jussu meòque nomine: tum ob excellentiam incomparabilem, quippe potestas illa regia non est creatum vel finitum quid, sed ipsamet divina gloria, quam Filius cum Patre habet communem; unde etiam in Regem hunc confidere jubentur reges cæteri, *vers. ult.* item Pſ. LXXXIX, 28. ubi vocatur primogenitus regum terræ: & Dan. VII, 14. ubi omnes populi & linguæ dicuntur ei servire; imo quod comminuet regna cætera &c. Dan. II, 44. & cujus regni non erit finis, Luc. I, 33. A Photinianis malè hinc infringi æternam Christi Deitatem, docet Dn. Calov. *theol. nat. & rev. p. 1188.*

עַל צִיּוֹן הַר קְדִישׁ *super Zion, monte sanctitatis meo*:) respectus hic habetur ad typicum Davidis regnum, cujus sedes regia erat in hocce monte, 2. Sam. V, 9. 1. Reg. VIII, 1. sicut & in contiguò hujus Sionis jugo alterò, dictò Morija, Jes. XXXI, 4. 2. Par. III, 1. templum sanctum: proindeque cohærebant veluti in Zion tum dignitas regia, tum sacerdotalis, æquè ut Pſal. CX, 4. in Messia Melchisedechi more, coalitura dicebatur utraq; hæc ipsa dignitas. Adeoque sicut Messias non rarò appellatur David, ita regnum quoque ipsius vel regni locus, veteri appellatur vocabulo, *Mons Zion*, non quod particulare adeò, angustisve circumscriptum limitibus sit futurum, sed quia Zion multis nominibus præfiguravit regnum Messie in N. T. tum ratione excellentiæ, tum inexpugnabilitatis, &c. item quia ex Zion proditura erat concio evangelii in universum orbem, *Jes. II, 3. 4. Luc. XXIV, 47. Act. I, 4. Mich. IV, 2. Pſal. CX, 2. CXXXII, 13. LXXXVII, 3. Zach. IX, 9. &c.* Sanctus verò appellatur hicce mons, tum hic, tum *Pſ. XLIII, 3. XLVIII, 2. XCIX, 9. Joel. II, 1. Ezech. XX, 40.* non inhærenter, sed relativè, ob templum videlicet inibi constructum; (quâ de causâ etiam per Zionem alicubi ipsummet intelligitur templum, v. g. *Pſal. CXXXVII, 3. Jer. LI, 10. Jes. XVIII, 7. Thren. V, 18.*) item ob arcam, tempore Davidis in Zion asservatam, 2. Sam. V, 17. 12. 1. Par. XV, 1. 3. 12. XVI, 1. 2. Par. VIII, 11. Inde Zion dicitur mons Deo dilectus, habitatio & sedes Dei *Pſ. LXXXVIII, 68. LXXXVII, 2. LXVIII, 17. IX, 12. LXXIV, 2. LXXVI, 3. &c.* opponiturq; monti Sina, *Ebr. XII, 22.* Quia itaq; in totò terrarum orbe nullus uspiam mons exitit, simili cum Zion felicitate gaudens, iccirco Deus Pater inquit, se regem super hoc monte suò constituere

A selectissimum ac unicum, cui commissa in omne ævum sit cura sanctorum, quem omnes sancti sint comitaturi &c. *Apoc. XIV, 1.*

EXPLICATIO VERSUS VII.

אֲנִי אֶסְפָּר *narrabo*:) ex abruptò nunc introducit persona loquens nova, nimirum idem ille Rex, cujus modò Pater cælestis meminerat; cujusmodi sermonum alternationes atque vices non rarè in Cantico scriptisque aliis poetis. Opus verò, quod sibi tribuit hic Messias, effertur verbo **אֶסְפָּר** *numeravit*, & in piel *recensuit* numeratum & exactè, quomodo **סֹפֵר** *scriba* vel notarius, rem tenetur exactè consignare, tanquam ad **מִסְפָּר** *numerum*, &c. Ita namque hoc **אֶסְפָּר** *recensuit*, legitur de numeratione turrium *Pſ. XLVIII, 13.* de recensione somni *Jud. VII, 13. Gen. XL, 8. XLI, 12.* miraculorum ab Elisâ patratorum, 2. *Reg. VIII, 4. 5.* & à Mose *Exod. XVIII, 8.* ita de commemoratione beneficiorum, operum, statutorumq; divinorum, *Pſ. IX, 2. 15. XXII, 23. XLIV, 2. LXXIII, 28. XXVI, 7. LXVI, 16. LXXV, 2. LXXXVIII, 3. 4. XCVI, 3. CII, 22. CXVIII, 17. CXLV, 6. Exod. IX, 16. 1. Par. XVI, 24. &c.* Unde colligitur, Messiam in se recipere annunciationem publicam, fidelem, indefessam, suoque Patri honorificam, ut & humano generi salutarem, quam expedivit tum ore proprio, tum ore apostolorum ministrorumque N. T. subsequentium: *Rom. XV, 8. Jes. LXI, 1. Luc. IV, 18.* quæ ipsamet est functio muneris prophetici, per linguæ usum præprimis exercendi.

אֶל הַר *ad legem vel secundum statutum*:) Chald. **אֶל הַר קְדִישׁ** *recitabo passim* vel statutum: sic & Arabs: *ut annunciarer præceptum Domini*. Syrus in tertia personâ, *ut enarraret decretum meum*: LXX. & Theodot. *πρὸς αὐτὸν*. Præterimus hic, quæ alibi observantur de voce **אֶל** *decretum, statutum*, (à **אֶל** *sculpsit*, &c.) contenti, h. l. totam comprehendì doctrinam evangelicam de voluntate Dei gratiosâ in Christo, quam fideliter, adeò passim promulgavit Messias, ita, ut ex seipsò nil quicquam loqueretur, sed secundum mandatum, quod Pater ipsi dederat, &c. *Job. XIV, 31. XII, 49. V, 32. seq. VI, 40. VIII, 28. XVIII, 37. Luc. IV, 18. 43.* Nonnulli de lege regni fundamentali interpretantur, quomodo alias dici solet *Land-Recht/ Stadt-Recht/ &c.* Conferri potest hicce textus cum *Pſal. L, 16. impio dicit Dominus; quid tibi inquit **אֶל** *ut enarres statutum meum? assumasque fœdus meum super os tuum?* ubi fœdus & statutum se mutuò declarare cernimus. Quoad voculam **אֶל** notavit *Kimchi*, poni ipsam pro **אֶל** accusativi nota, ut *Jud. VII, 25. persecuti sunt **אֶל** Midianitam: Jes. XXXVIII, 19. filiis indicabit **אֶל** veritatem tuam: Jer. IV, 23. inspexi **אֶל** *caelos &c. cap. X, 2. ne discatis **אֶל** *viam gentium.* Commodius fermè dicitur, poni illud pro **אֶל** *De*, quomodo *Pſal. LXIX, 27. eadem nostra reperitur phrasis: **אֶל** *de plaga vulneratorum tuorum **אֶל** commemorant: ita *Job. XLII, 7. non rectè locuti estis **אֶל** *de me *Ezech. XXI, 33. sic ait Dominus **אֶל** *de filiis Ammon **אֶל** *de opprobrio eorum: *Jer. XXVII, 12. sic dixit Dominus **אֶל** *de statuis, **אֶל** *(vides alternationem particularum modo dictam) **אֶל** *de mari **אֶל** *de basibus, &c. c. XL, 16. falsum tu loqueris **אֶל** *de Ismaële. Hinc Luth. von einer solchen Weise: in priorè vers. ich will von dem **אֶל** *predigen/das &c. quibus ipsis indicavit, se decretum hoc speciatim accipere de eò, quò Christus constitutus est rex à Patre;*****************